Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dicebat. quasi querens & conquerens peragraret in
tota creatura. & iam nullum ex hominibus adiutorium
inueniret. Repetiuit dicens. aut quis consistat mihi ad
uersus operantes iniquitatem. Rediit ad fontem misericordie
unde semper hauriebat beneficia. ad dominum rerum
omnium & conditorem creaturarum. Hic & confessus non in
gratus dixit. nisi quia dominus adiuuit me. paulominus ha
bitauerat in inferno anima mea. Ostendit quia omnis
anima dominum sitiens & esuriens derelinqui in quo
cumque periculo. in quantacumque extremitate non potest.
Et si paululum differt beneficia. tamen non derelinquit
sperantes in se. Nam quis sperauit in domino & confusus est. per
mansit in mandatis eius. & derelictus est. Et bene
ficia prestans. dicebat salus et saluatio nostra
dominus noster ihesus christus. Credis quia possum hoc fa cere. Et
ille clamabat medulla fidei. interiori credulitate.
Credo domine. adiuua incredulitatem meam. Et dominus re
spondens dicebat. secundum fidem tuam fiat tibi. Nullus
ergo ex cultoribus dei dubitet quamuis beneficia diffici
lia speret. quamuis miracula super se uenientia postu
let. differri a summo deo bono non potest. Considerate
patres nostros. qui fuerunt ante nos. Patriarche fide ex
ierunt de terra sua. & de cognatione sua. credentes
quia qui iusserat eos exire. dimittere non poterat exeuntes.
Quid dicam de illo populo qui in heremo per xl. annos insti
tutum. Licet murmurioso. licet indigno. licet in